



**R**vgandus regis Pipini ex sorore nepos fuit. hic generis nobilitatem literarum studio & sanctis moribus multò nobiliorem reddidit. Itaq̄ factum ut communi totius cleri consensu Metensis Episcopus electus fuerit, quam etiam functionē summa diligentia & pietate administravit. Vnde cum eo tempore Pontificum Romanorū horatu, sanctorū reliquias omnes ad superstitionem usque obseruarent, ipse pio zelo Gorgonij, Naboris, & Nazarij sanctorum martyrum corpora Romæ acquisita in Franciam transtulit. ex ijs corpus S. Nazarij in Monasterio Laurissa, Vuormatiensis dioecesis, reconditum fuit. Cum etiam clerus

Metensis licentiosius decoro uiuere cepisset, eruditus præsul canoniconum instructam & utilem uiuendi regulam uno libro composuit. Idq̄ anno Christi septingentesimo sexagesimo quinto. Trit. inscript. Hunc eundem esse puto, quem prius Crodogangum diximus.